

225 ferculis, adhuc tamen esurit quod nescit^t, iuxta illud viri^u sapientis: *Non saturatur^v oculus visu nec auris^w auditu⁴⁴*. Sicut enim saginata multis ferculis caro esurire non desinit, ita nec anima plurimis imbuta scripturis. Nam et^x licet fortis sit homo et^y pinguis, nisi tamen^z quod manducet habeat, deficit et viribus attenuatus^a lascessit^b. Ita et mens hominis, etsi multa sciat, plura
230 esurit, et in illis, que de novo^c addiscit^d, magis quam ex illis, que in mentis stomacho gerit^e, reficitur. Triduum vero^f quid significet, in opere concordie⁴⁵ melius leviusque^g ostenditur^h. Hii sunt enimⁱ illi tres dies, post quos Ihesus Christus a matre reperitur in templo⁴⁶, hii sunt^k illi tres anni, post quos abiectus Absalon^a Dauid revocatur⁴⁷. Sed^m ponamus^m ista, si
235 placet, in nucis corticem⁴⁸, ut aliquid ostendamus de testa, quatinus loco tertio cibi proferamus pinguedinem.

A Moyse usque ad Iohannem baptistam septem tribulationes consummateⁿ leguntur iuxta illud, quod scriptum est: *Percutiam vos septies propter peccata vestra⁴⁹*. Sed notandum, quod due tribulationes novissime pro una
240 accipiende sunt^o eo, quod in sexto loco duplex colligendus sit fructus. Quod recte in pentateuco Moysi designatum est, ubi quidem^p per id, quod ab illo populo^q corporaliter^r gestum est, aliquid^s ostenditur, quod esset in spiritu faciendum. Precepit namque Moyses filiis Israel⁵⁰ ascendentibus de terra Egipti, ut manne^t sibi celitus misse^u singula gomor diebus quinque
245 colligerent, sola^v vero^w sexta feria colligerent^v duplum, alterum quidem gomor pro die eodem, alterum pro sabbato, in quo tunc operari non esset licitum, hoc^x quoque^x modo diebus sex septem gomor manne^y colligerent^z. Manna illud lapsus celitus divinam designabat scripturam, que in

t) nescivit B. u) fehlt B. v) saturabitur B. w) folgt impletur D (= Vulgata).
x) fehlt BD. y) fehlt BE. z) tantum A. a) attenuatis D. b) lascessit D; laces-
sit ABE; lassessit C. c) denuo B. d) addicit A. e) folgt scilicet E. f) fehlt
B. g) et levius D. h) ostendendum B (!). *Es erhebt sich die Frage, ob B hier eine ältere
Version des Textes konserviert, die übrigen Zeugen eine Revision, nachdem der entsprechende
Abschnitt der Concordia geschrieben war.* i) fehlt DE. k) fehlt D. l) ad D.
m) seponamus B. n) consummare A. o) folgt pro E. p) fehlt B. q) fehlt
AC. r) fehlt E. s) aliquod E. t) manna E. u) missi E. v-v) fehlt C.
w) enim D; autem E. x) et hoc AC. y) mane AC. z) colligerunt D.

⁴⁴) Eccles. 1,8.

⁴⁵) Ich habe diese Stelle in der Concordia nicht gefunden.

⁴⁶) vgl. Luc. 2,46.

⁴⁷) vgl. 2. Reg. 14,28 ff.

⁴⁸) vgl. Z. 135.

⁴⁹) Lev. 26,24.

⁵⁰) Exod. 16; vgl. Enchiridion, Z. 241. (f. 7^o).